



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatvs  
Tres spirituales**

**Arias, Francisco**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

Cap. 13. De tertio medio, quo acquiritur sui diffidentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](#)

RA  
diffide  
modum  
enipotis  
d, cum  
pruden  
d diua  
tabam,  
nudum,  
eo, quo  
gni, do  
fissima  
tate, in  
ā. Sed  
ide hau  
m sub  
te pro  
debat  
ā, quo  
tūlum  
in me,  
regeba  
r quā  
specie  
grati  
euan  
Quā  
n qui  
rientia  
G 6

DIFFIDENTIA SVI IPSVS 140

communicare perfectā notitiam sui,  
sed in ijs inopiam experientiæ, gratiæ  
suæ abundantia compensat, quod pri  
uilegium paucorum est,

C A P V T XIII.

De tertio medio, quo diffidentia sui præ  
randa est, nempe si à Deo eam  
cum perseverantia  
petamus.

CVT supra monuimus ad cōpa  
strandas cæteras virtutes & Dei do  
na, non negligēda esse media, licet  
in his fidendum non sit, sed rātūm in  
Deo, sic ad obtainendām sui diffidentiā  
non negligenda sunt iam diēta media,  
ac imprimis oratio, qua auxilium diui  
num implorandum est, vt perfectionē  
huius virtutis imprimis assequamur,  
hoc est, vt penitus nobis diffidamus, &  
& spes nostras in Deum projciamus.  
Diffidentia enim hæc est p̄cipuus  
actus eius virtutis, nempe humilitatis,  
quæ in lege Euangelica facile obtinet  
principatum, & si quæ alia, hæc maxi  
mè vires naturales hominis excedit, &

ideo

241 TRACTATUS DE VERA  
ideo speciali auxilio Dei ad eam con-  
sequendam indigemus. Ita praeclarè  
docet Ioannes Gerson. Hac, inquietus  
humilitas est, qua homo diffidit sibi, &  
nemini se anteponit, qua cum sit maxi-  
ma, videtur parva, quia hominem par-  
uum reddit in sua estimatione: cum sit  
sapientissima, videtur insipiens; facili-  
erim ut homo agnoscat suam ignorantiam.  
Quod si quis cogitet, se posse suo studio &  
industria consequi hanc virtutem, pro-  
cul dubio errat, & admodum in talis o-  
pinione superbbit. solus enim Deus est qui  
per gratiam suam eam in animam insu-  
dere debet, & in ea conservare. Hoc for-  
& confiteri est magnum donum Dei,  
& ipsius humilitatis principium. Hac  
Geron.

POST VLEMVS igitur à Deo in omni-  
bus precibus hanc virtutem, non cesse-  
mus clamare ad misericordiae diuinæ  
portas, donec thesaurum hunc impe-  
tremus, nec omittamus nos cum gemi-  
tu commendare Beatiss. Virginis MA-  
RIAЕ, Angelis, alijsq; sanctis, ut eam  
nobis exorent. Neque enim fallere po-  
test Verbū dei, dicens. Petite & accipie-  
tis, quarite, & inuenietis, pulsate & ap-  
pete.

Matt. v.

RA  
n con-  
æclare  
quiens  
bi, &  
maxi-  
m par-  
cum sit  
facit s-  
oratid.  
udio &  
, pro-  
tali t-  
est qui  
n infu-  
loc so-  
m Dei,  
Hac  
omni-  
cessio-  
liuina  
impe-  
gemi  
Ma-  
r eam  
re po-  
cipie-  
nape-  
fina  
DIFFIDENTIA SVI IPSIVS. 142

rietur vobis. Petamus hoc donum non  
languidè & negligentè, sed cum mag-  
no desiderio, non secus quam qui hau-  
stum aquæ petunt in ardentissima siti,  
& qui medicinam in grauissima ægri-  
tudine. Sic enim fiet, ut in corde nostro  
responsum de cœlo audire mereamur,  
quod olim datum est Danieli per an- Den. 10.  
gelum. Ex die primo, quo posuisti cor tuū  
ad intelligendum, ut te affligeres in con-  
spectu Dei cui, exaudita sunt verba tua.

VT verò hæc oratio sit efficacior, ad-  
iungamus illi aliqua opera misericor-  
dæ vel corporalis, vel spiritualis : his e-  
nimir promissum est lumen illud, quo  
homo cognoscens se ipsum, sibi diffi-  
dat, iuxta illud Isaiæ. Cum effuderis es-  
senti animam tuam, & animam af-  
flictam repleueris, orietur in tenebris  
lux tua, & tenebra tua erunt sicut  
meridies. Adiungamus quoque ali-  
qua iejunia, & alias castigatones car-  
nis, quæ, vt alibi dicemus, plurimum  
iuuant orationem. Quanquam & ad  
hoc donum obtainendum, seruire no-  
bis queant cōsiderationes omnes, quæ  
mentem attollunt ad fiduciam omnē  
in Deo collocandam : cuiusmodi est cō-  
sideratio.

G , sideratio

¶, TRACTATUS DE VERA

fiducia diuinæ bonitatis, caritatis, &  
misericordiae infinitæ, quam declarauit  
semper erga mortales, quantumvis  
grauissimos peccatores, qui synece ad  
eum cōfugere, & vitam correxere. De-  
inde cōsideratio innumerabilium, im-  
mensorumq; beneficiorum, quæ nul-  
lo nostro interueniente merito, libera-  
lissima manu in nos profudit, ac spe-  
ciatim incarnationis, passionis, & mor-  
tis filij Dei, tum diuinorum sacra-  
torum, sanctarum inspirationum, per-  
petuæque curæ de nostra salute, qui  
continenter nos inuitat ad suam gr-  
atiæ & amorem, & neminem nō ip-  
cialibus quotidie beneficij afficit.

OMNES hæc considerationes, que ja-  
uant hominem ad fiduciam collocan-  
dam in Deo, iuuant quoq; ad diffiden-  
tiā sui: quæadmodum enim verum est,  
quod supradiximus, hominē quo plus  
diffidit sibi, hoc plus cōfidere in Deo;  
sic verum est, eundem, quo plus confi-  
dit in Deo, hoc plus diffidere sibi. Nam  
dū perspēdit maiestatē, bonitatē & po-  
tētiā Dei infinitā, tā magnū & prom-  
tū eiusdē in omnibus, quæ desideratē  
potest, subsidiū, voluntatem quoq; qui  
quous

**DIFFIDENTIA SVI IPSIUS**

quois vittae nostræ momèto necessaria omnia auxilia suppeditat, viessim totū se in manus eius diuinæ regendæ & gubernandum tradit., vt sic maiori fauore & benevolentia se dignum reddat, cum verò ad sui considerationem oculos reflectit, mox agnoscit suam vitalitatem, imbecillitatem, & suum nihil. Sicut enim exigua candela ardens in mendie exposita soli, nullam lucem vel splendorem reddere videtur; sic homo collatus soli, nullus sibi, quoad omnes facultates naturales, videtur, & ideo facile se de picit, & sibi diffidit, diceas cum Davide *Ecce mensurabiles posuisti Psalm. 38.* dies mei, & substantia mea tanquam sibulum ante i.e.

**C A P V T X I V .**

*Quantificandum sit hoc denum, ac prouide quām studiosè à Deo postulandum.*

**V**T dictum donum per media iā nominata maiori animi promptitudine à Deo impetremus, eoque orationes nostras efficacius referamus, conuenit ad extremum diligē-